

Collegij Societatis Jesu Almacidij. 6. Febr. 1606.

**ROSETVM**  
**EXERCITIORVM**  
**SPIRITVALIVM.**  
ET SACRARVM MEDITATIONVM,

Materia Prædicabili admixtum.

*Auctore.*

**IOANNE MAVVRNO BRVXELLENSE**

Canonico Regulari, & Liuriacensis Monasterij olim Abbate.

*Nunc recens castigatum auctumq; Scholijs Annotationibus Indicibus.*

*Iussu*

Reuerendiss. in Christo Patris, & D.D. Seraphini Merlini Rauennatis Canonico  
Regul. Congregationis Lateranensis Abbatis Generalis.

*Opera vero*

Basilij Serenij Mediolanensis, eiusdem Congreg. Canonici Presbyteri verbi Dei professoris.

**CVM LICENTIA, ET PRIVILEGIIS.**



**MEDIOLANI, MDCCIII**

Apud Augustinum Tradatum.

secundum quosdā ordo erat institutus, qui & psalteria seu psalteres, utiq; a canendis psalmis: ut Iudor. & Magister in 4. Sniarum ait, sunt sic vocati. Quotū id munus atq; officium scribunt. Psaltere Deo, modo tam dulci, iocundo, atq; decoro, vt ad compunctionem exci- tent audientes. De cuius modi qualitate exactius inquirendum. Cuius modum quis melius, & succinctius definire poterit, q̄ exercitissimus in his D. Pater Bernardus? qui in hūc modum describit modum istum. Psalmodium inquit non multum protrahamus; sed tractim rotunda, & viua voce cantemus. Metrum & finem versus simul inco- nemus, & simul dimittamus. Punctum vel caudam, nullus teneat; sed cito finiat. Post punctum & in- trum, bonā pausam faciamus. Nullus ante alios incipere, & nimis currere presumat, aut et post alios nimium trahere, aut punctum tenere. Simul (concludit) cātemus, simul pausemus, semper in auscultando. Hęc ocularissimus Pater super modo psal- lendi. Cuius ferme snia complectitur, & hoc versu.

*Die plane, plenē, simul incipe, desine, pausa.*

De primo horum videlicet, q̄ psalmodia Planē dicenda sit, sine fractæ vocis curiositate, Canonica sta- tuta habent. Plane (aiunt) psallendum, vt nullus fra- ctis vocibus, audeat curiositate, vel leuitate ostē- dere; sed plano, & simplici modo, qui & grauitatē præferat, & deuotionem inducat, ois cantus depro- marur. Nam vt dī in Speculo Monachorum. Qui q̄- rit Deo in cantando placere, quanto planius, & sim- plicius cantauerit, tanto magis ei complacebit &c. Secundo Plenē, psallēdum est, & distinctē, sine syn- copizatione, aut trāsitione. Seruitus enim est cle- ricorum (vt dī dif. 1. c. presby.) qualibet die Plenē persoluere officia septem horarum, de quo & et in cap. dolentes. De hac siquidem integritate dicit P̄ Bernardus sic. Otium que ibi dñr vsq; ad vnam literam, se pro certo nouerit debitorem, vel dicendi in Choro suo, vel audiendi in alio. Secus vt serunt, oēs omissiones, trāsitiones, syncopizationesque dictionum, & syllabarum colligit dæmon nomine Tyrimilus. Iuxta illud.

*Fragmina verborum Titinillus colligit horum.*

*Sicque die mille vicibus se sarcinat ille.*

Ratio siquidē multiplicis obligationis, satis docet, q̄ tanti Regis tantū officium, integre plenēq; debe- rit persolui. Vā vā ergo nobis, super omissionibus nostris, quas vt quidam Sanctorum Patrum ait; si Deus nobis imputare pergat, ois caro salua fieri nō poterit. Grauis se hic offerret materia, scrupulosa conquisitionis circa capitulum, extra de ce. dolen- tes. sed non est huius loci elegiam texere, sed expli- care modum psalendi & cantus. Psalmodia igitur Planē dicatur Plenē, & Perfectē: vniformiter item & distinctē, cum plena Pausa in medio versus; vbi et cauidum ne quis uocem protrahendo, caudam faciat in pausa. Formationes nihilominus tonorū, tam in medio, q̄ in fine Paulo tractus, dulciterque sunt moduladæ. Simul quoq; incipiēdū est, simulq; (vt versus habet) desinendū, & pausandū, vt sp̄ grauitate psallatur, & deuotē: Iuxta quod de omni- bus his, memorabiles hi commonēt versus in Cho- ro vtiq; perscribendi.

*Vos qui seruitis Christo, seruire studete.*

*Quod memores sitis, hos versus saepe videte.*

*Et quicumque Choro Christi famularia honori.*

*Non sis mente foro, sed mens tua consonet ori.*

*Esto Choro totus intentus psallere Christi.*

*Laudes deuote, cui te totum tribuisti:*

Igitō choraula, & psalteria Chri nota sequētes vers.

*Cum Domino psalles, psallendum tu tria serues.*

*Dirige cor sursum, bene profer, respice seruum.*

*In templo vatum sige cantum, dilige planum.*

*Non clames tantum, vt cogaris linquere totum.*

*Psallite deuotē, distinctē, metra tenete.*

*Vocibus esote concordēs, vana caute.*

*Nunquam posterior versus prius incipiatur.*

*Quam suus anterior, perfectio sine fruatur.*

*Qui Psalmos refecat, & verba Dauidica curtat.*

*Ni plius inde feret, quam si sua lingua taceret.*

Hęc tantisper sufficiat dixisse super modo psal- lēdi; De quo ita in summa antiqua, canonica decreta habent. Psalmi (inquiunt non cursum, aut excelsis, inordinatiue vocibus dicantur; sed planē, atq; dilu- cidē, & distinctē, cum cordis compunctione reci- tentur. Iuxta quod & in Regula sua commonet D. Hieronymus dicēs. Sic distinctē, & alternatim, Psal- mi, lectionesque, Sacra proferantur, vt ob collisione- nes, & hiatus, ac barbarissimos, ad risum non pro- uocentur Angelici Spiritus, &c. Sic itaque psallēdum sapienter. Sic Psalmi dicendi nomini Dei. Nunc su- perreliguo modo cantus agendum.

Pf. 46.  
Pf. 60.

*De reliquo modo cantus.*

**E**T stare fecit cantores contra Altare: Et in sono eorum dulces fecit modos. Eccl. In reliquo Ec- clesiastico cantu poterit is modus obseruari, & pra- ctica cantus, vt sit cantatio talis.

I  
Eccl.  
47.

*Planā, modus, pausans, fortis, dulcis, vigil, aptus,* Primo omnium ipsa religio Ecclesiastici cantus re- quirrit, vt cantio ipsa Planā sit, & simplex cōtra om- nem curiositatem. Quippe magis cordis attentione, q̄ vocis curiositate modulatione Deo est cantandū, vt dī 92. dist. c. 1. Et 23. dist. psalmista Apl̄s. Cātātes, & psallentes in cordibus vestris. Hinc et iussit Ioannes *Ephes.* Papa XXII. q̄ planus esset Ecclesiasticus cātus, omi- sis hocquetis, breuibus, & minimis, quibus obscurā- tur Ecclesiastica grauitatis toni, & cantus, vt patet in extravaganti eius. Secundo Modesta, sit Ecclesi- astica cantio, & moderata, non tumultuaris præcipi- tata; nec more testudines morata, & protraha nimis. Id n. atq; ipsa mulices maxime requirit, ad exigēt Religio sacra. Vt modus, habeatur in ipso Eccle- siastico cantu, tam in imponendo, quā in prosequē- do. Quo ita videlicet moderetur insonatio, imposi- tioque cantus ipsius, vt oibus congruat, ne bassā ni- mium sit, & nimis alta. Quo cura cantoribus maxi- mē incūbit, vt patet. Requiritur dein, & in profeca- tione modus, ne vt diximus, vel acceleretur, aut p- trahatur nimis; sed proportionato metro sit moder- atus. Alias si protraher ipsus sit, tādum inducit, sel immiscēs in escam deuotionis. Aut notū secula- ritatis, & Religiositatis, si citatus nimis. Sit itaque, vt D. Hieronymus monet, cātus temperatus, & moderatus,